Noverint universi quod Ego Raymundus Safortesa domicellus de Maioricis filius et heres magnifici Mathie Safortesa domicelli de Maioricis quondam prout constat eius ultimo testamento facto et firmato In posse ho-
norabilis petri moranta notarii quondam die quinta mensis Augusti anno Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Septimo Gratis et scienter confiteor et in veritate recognosco vobis bernadino Company Jurato ville de Mun-
tuerio Jacobo benrell et Jacobo Johanni collectoribus dels roffechs et taxoiarum et collectarum dicte ville de Munthuerio presentibus quod dedistis et solvistis mihi numerando in presentia notarii et testium infrascrip-
torum ex una parte ducentas quinquaginta libras dicte monete Maioricarum Et sunt pro redemptione luitione et quitatione illarum viginti librarum censualium quas mihi facit anno quolibet In festo Sancti
michaelis mensis Septembris Et sunt restantes ex illis Sexaginta octo libris censualibus quas dicta villa mihi seu dicto magnifico quondam patri meo faciebat in dicto festo Cum jam fuerant quitate in diversis par-
titis per dictam villam quadraginta octo libre quequidem Sexaginta octo libre censuales fuere imposite onerate et vendite per universitatem dicte parrochie seu illius Sindicum magnifico Johanni de palou do-
micello de Maioricis mediante Instrumento recepto per discretum Johannem terrassa notarium die Septima mensis Junii anno Millesimo Quadringentesimo octuagesimo sexto quiquidem magnificus Johannes
de palou postea cum alio Instrumento recepto per dictum notarium die duodecima mensis Junii anno Millesimo Quadringentesimo octuagesimo septimo recognovit dictum censuale predictarum Sexaginta
octo librarum fuisse emptum pro dicto magnifico mathia Safortesa patre meo et ex illius propria pecunia et ita esse suum Quequidem Sexaginta octo libre censuales fuere vendite dicto magnifico Johanni de palou pro re-
dimendo consimili censuali a dicto magnifico patre meo a quo dictum censuale redemptum fuit prout constat de ipsa redemptione cum Instrumento recepto per dictum Johannem terrassa notarium die septima decima Junii anno
Millesimo Quadringentesimo octuagesimo sexto Et dicte Sexaginta octo libre censuales a dicto patre meo quitate erant descendentes et restantes ex illis Nonaginta sex libris censualibus quas dicta parrochia de Munthuerio fa-
ciebat domine Sclarmunde bertrana mediante Instrumento recepto per discretum Johannem falco notarium die vicesima secunda mensis Junii anno Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo secundo quequidem nonagin-
ta sex libre censuales fuere in dotem constitute dicto magnifico patri meo per dominam beatricem matrem meam filiamque dicte domine bertrana mediante sponsalicio Instrumento recepto per discretum bartholomeum
çamella notarium quondam Maioricarum die quinta mensis augusti anno Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo quinto quiquidem magnificus pater meus de dicta dote exo coquia confiscata fuerat illa Regie Curie
donationem et graciam obtinuit a Regia maiestate mediante eius opportuno Regio privilegio Dato in felicibus Castris contra Civitatem Granate die decima nona mensis maii anno Millesimo Quadringentesimo
Nonagesimo primo Et ex alia parte dedistis et solvistis mihi numerando in presentia notarii et testium infrascriptorum septem libras undecim solidos et tres denarios mihi debitos pro censu debito et prorata usque in diem
presentem Unde renunciando exceptioni dicte pecunie non numerate et a vobis non habite et non recepte reique sic non geste et doli mali et in factum actioni facio vobis bernadino company Jurato ville de munthu-
erio Jacobo benrell et Jacobo Johanni collectoribus dels roffechs et taxoiarum et Collectarum dicte ville tam de predictis ducentis quinquaginta libris per vos mihi ut predicitur exsolutis pro luitione predicta-
rum viginti librarum censualium per vos cum presenti a me sive redemptarum quam de predictis Septem libris undecim solidis et tribus denariis mihi exsolutis bonum finem absolutionem diffinitionem et apocham
de Soluto ac pactum perpetuum validum et solempne de ulterius aliquid non petendo sive de non agendo in Judicio et extra liberans absolvens et quitans ammodo vos et vestros totamque dictam perrochiam de Munthu-
erio et omnes illius singulares in et super quibus dicte viginti libre censuales imposite et onerate fuere non solum ab annua prestatione dictarum viginti librarum censualium verumtamen a solutione ipsarum
proprietatis et census debiti et rate vocans vos et vestros et omnes dicte ville habitatores et illius singulares liberos quitios penitus et immunes sicut melius dici potest scribi et intelligi ad bonum sanum comodum
et utilitatem vestri et vestrorum et dicte ville et illius singularium perpetuo successorum dans et cedens tenore huiusmodi publici Instrumenti vobis et vestris successoribus et dicte ville et illius singularibus om-
nia Iura et Iura mea omnesque voces vices actiones petitiones reales et personales et alias quascumque mihi et meis in dictis viginti libris censualibus competentes et competituras ac debentes competere quoquo
modo Promittens et fide bona conveniens vobis dictis bernadino company Jurato Jacobo benrell et Jacobo Johanni collectoribus dels roffechs et taxoiarum et Collectarum et dicte perrochie habitatoribus
tam presentibus quam futuris dictas viginti libras censuales per vos a me cum presenti quitatas me semper facere habere tenere et in sana pace perpetuo possidere contra omnes personas Et teneor inde vobis
et vestris et dicte ville habitatoribus et firmiter teneri promitto pro contractibus propriis et predecessorum meorum de evictione ac omni damno ac etiam interesse litis et extra Et pro his omnibus
et singulis supradictis sic complendis et firmiter attendendis et ratis et firmis habendis tenendis et observandis obligo vobis et vestris et dicte ville de Munthuerio et illius singularibus omnia et singu-
la bona mea mobilia et immobilia ubique et habenda Actum est hoc in Civitate Maioricarum die decima sexta mensis febroarii anno a nativitate domini Millesimo Quingentesimo Quarto
Sig—num mei Raymundi Safortesa predicti Qui hec laudo concedo et firmo:—

Testes huius rei sunt magnifici petrus de la Cavalleria et Raymundus Safortesa filius raymundi domicelli

Sig—num mei petri moranta notarii publici Maioricarum qui huiusmodi Instrumentum quod in notulis honorabilis et discreti Mathei [illegible] notarii publici Ma-
ioricarum [illegible] dicte Civitatis quondam genitoris mei reperi continuatum notavi [illegible] dicti patris mei et in hanc publicam
redegi formam scribique feci et clausi [illegible] tamen licentia magnifici [illegible] predicte Civitatis cum raso in penultima linea
Actum est hoc in Civitate Maioricarum die decima sexta mensis febroarii:—

1504

PERG.
26

Lonvpro de [illegible] fermada
[illegible] mossen [illegible]
[illegible] jurato de la esgleya de
M[illegible]